Fragmentarium

Nec potes excusari de ignorantia
qui legem accepisti. iam quod faceres
didicisti. ignorantia te non excusat.
spiritus te non adiuuat. Ergo peristi. sed
quid ait apostolus paulus. Littera enim oc
cidit. spiritus autem uiuificat. Inde spiritus ui
uificat. quia facit implere litteram
ne occidat. Iustificati sunt qui faciunt
legem dei ex dono dei. Lex iubere po
test. iuuare non potest. Accedit
adiutor spiritus. et fit iussum dei cum
gaudio. cum dilectione. Nam multi
faciunt timore. sed quid faciunt
legem timendo poenam. uellent non esse
quod timebant. Qui autem faciunt
amando iustitiam. gaudent et ibi
qui non habent inimicum. Ideo dicit
dominus. Concorda cum aduersario tuo
cito. cum es cum illo in uia. Quis est
aduersarius tuus. sermo legis.
Quae est uia. uita ista. Quomodo
est ille aduersarius. dicit tibi non
mechaberis. et tu uis mechare. Dicit
non concupiscas rem proximi tui.
et tu uis rapere res alienas. Dicit
honora patrem et matrem. et tu con
tumeliosus es in parentibus. Dicit
lex noli diligere falsum testimoni
um. et tu a mendacio non recedis.
Quando uides quia illud sermo
aliud iubet. et tu aliud facis. aduer
sarium habes malum. non terrenum. inter te
in secretario tuo. conpone cum eo cum
illo in uia. Adest dominus qui uos con

cordet. Quomodo uos concordet
deus. donando peccata. et inspiran
do iustitiam. ut fiant bona. Cum
ergo concordaueris cum aduersario
tuo. id est cum decalogo legis per spiritum
sanctum p[illegible] addere [illegible] septenarium. et
exinde usque crescit numerus ad cen
tum quinquaginta tres. Erit ad
dexteram coronandus. ne remane
at ad sinistram damnandus.

FERIA VI DE RESURRECTIONE

HEC EST ADHUC SEX SI
bi fratres hoc notate dies
paucissimos praedicare.
[illegible] mariam magdalenae non leuiter
fuerit obiurgata. Quur post re
surrectionem domini quaereret in sepul
chro. et non reminiscens uerborum eius
Quibus [illegible] tertia die dixerat
[illegible] putaret eum inferni
legibus detineri. arguit enim [illegible]
[illegible] quia non [illegible]
resurrectionis [illegible]
seruantur iudicium. [illegible]
humilis [illegible] quaerit quod [illegible]
obliuiscitur quod docetur [illegible]
[illegible] ad obsequium. sed non perfecte
ad credendum. [illegible] enim est [illegible]
[illegible] carnis [illegible]
resurrectionis gloria. Plorat [illegible]
[illegible] merito [illegible]
corporis non reperit. [illegible]
[illegible] confitebatur [illegible]
[illegible] quem inuocare [illegible]

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, NAL 2657, 3v – Homiliarium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-8v7r/4020/42055)